



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

Quæstio II. Quid addat suppositum supra naturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95871](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95871)

Quæst. II. Quid addat suppositum, &c. 57

stantiæ, qua vna differt ab alia; unde quas in Deo Theologi personas ponunt eas esse tres qualitates, verumtamen vt bene ait P. Ruiz periculosa fuit & errori proxima Vallæ temeritas; nam communis vsus Conciliorum, & PP. hæc nomina Proposition & persona refert non ad solam qualitatem, sed ad substantiam. nec ampliat vt irrationalibus tribuatur; sed restringit ad solas substantias rationales, vt patet; deinde quia in Scripturis passim legimus non esse Deum acceptatorem personarum, vt *Actor* 10. & *ad Rom.* 2. & *ad Ephes.* 6. & *alii in locis*, vbi persona significat ipsum humanum suppositum, sicut etiam quando prohibetur nobis acceptio personarum, vt *Jacob.* 2. & *Deut.* 1. clarius autem pro singulari homine ponitur persona *Iudicum* 11. quando Iephte misit nuntios, qui ex persona sua dicerent, &c. Deinde Cicero sapissime vtitur nomine personæ ad significandum hominem particularem, vt patet ex infinitis locis, qui reperiuntur in thesauro Ciceronis & Nisolio, & in Iure ciuili eodem modo accipitur, vt constat ex lege *Imperator. Antonii. ff. de pactis*, quod etiam docet Bartol. in lege, sed & hac in principio, ff. de procur. & in instit. de adoptionibus, s. cum autem impubes, & lege 7. codice de incest. & in l. ferat codi. de impub. & aliis subtit. & specialiter l. excepta, l. pari. ff. de minorib. & leg. 1. ff. de statu hominum, & titulo per quas personas, &c. deinde falsissimum est quod ait Vallæ, dum ait personas quas Theologi ponunt in Deo esse tres qualitates, hæreticum enim est tribuere propriam qualitatem Deo, propria enim qualitas verum accidens reale est, accidens autem reale creatura, & non Deus est, sed in Deo quicquid est, Deus est, vt patet ex fide Catholica; ergo in Deo non est vera qualitas. Deinde quia tres personas vocant Theologi in Deo tria supposita realiter inter se distincta, Patrem nimirum, Filium, & Spiritum Sanctum; atqui Pater, Filius, & Spiritus Sanctus non sunt tres qualitates; ergo falso asseritur ab hoc grammatico tres personas à Theologis positas esse tres qualitates; sed quid mirum cum iste insanus è sutrina proflens, vt ait Hurr. ultra crepidas procacitatem, & ignorantiam patefecerit.

Vltimo sumitur persona propriissime pro supposito intellectuali, vt patet ex his quæ dicemus. In vltima quæst. huius disputationis, quid autem significet essentia; quid natura, tum in disputationibus supra positis, tum in physicis latissime dictum manet.

& ab illo dependet: addit etiam necessariam esse negationem aptitudinalis dependentiæ propter animam rationalem, quæ non solum dum corpori vnita est non est suppositum, quia actus est in supposito; verum etiam dum est separata suppositum non est quia apta est dependere à supposito, seu potius illud componere, probatur primo ex Aristotele 7. met. tex. 21. vbi ait, quidditatem esse idem cum re; cuius est quidditas, & tex. 9. quidditatem in his offibus, & carnibus esse Socratem, & suppositum supra naturam non addit aliquid posituum, cum ex Philosopho quidditas, & natura idem sint quod Socratis suppositum.

Secundo suppositum debet intelligi constitutum, ante quemcumque modum, & passionem naturæ; omnis enim proprietas adueniens naturæ est propria suppositi: ergo ratio suppositi debet intelligi ante quemcumque modum & entitatem naturæ superadditam, sed non posset intelligi, si esset ratio positiua substantiæ, cum omnis ratio positiua adueniens naturæ supponat existentiam: ergo.

Tertio substantia humana non est conuersa in substantiam Verbi, sed si fuisset positiua, fuisset conuersa in substantiam Verbi; ergo non est positiua; maior est certa in fide: minor probatur, ideo substantia panis dicitur conuersa in corpus Christi, quia definit esse ex vi præsentia corporis Christi, sed similiter ex vi præsentia hypostaticæ Verbi desineret esse substantia humana si esset positiua: ergo.

Vltimo non possunt recte intelligi incarnationis mysterium, & ea quæ de illo Patres docent, posito illo positiuo, inde enim fieret illud positum esse neque assumptum, neque assumptibile à Verbo, atque ita non assumpsisset Verbum, omnem rem, quam in natura humana plantauit, quod est expresse contra Damascenum lib. 3. c. 6. sequitur deinde humanitatem Christi carere aliqua perfectione maxime connaturali homini quod est inconueniens.

Secunda sententia, quæ parum verbis scilicet tantum videtur distare ab hac Scoti est Durandi, asserentis nihil addere realiter suppositum supra naturam, ac per consequens sola ratione distinguere hominem, & humanitatem vt concretum, & abstractum, & probatur.

Homo idem est, quod suppositum humanum: sed homo non continet aliquid præter materiam, formam & vnionem: ergo suppositum humanum non continet amplius; unde ille modus substantiæ ficticius est, quia in definitione hominis non includitur.

Q V Æ S T I O II.

Quid addat suppositum supra naturam.

SECTION I.

Aduersaria sententia ponitur.

PRIMA sententia est Scoti dist. 1. art. 6. & dist. 6. q. 1. suppositum supra naturam addere negationem duplicis dependentiæ, actualis scilicet, & aptitudinalis dependentiæ ad aliquod suppositum; Humanitas enim Christi, suppositum non est solum, quia substantialiter est vnita Verbo, I. P. Tom. 11.

SECTION II.

Nostra sententia probatur.

PRIMA conclusio: substantia seu supposita-
litas non est negatio sed positium addi-
tum supra naturam. Hæc sententia est com-
munis inter Doctores Catholicos, & proba-
tur sic primo authoritate, & decreto secun-
di Concilij Constantinopolitani, seu 5. synod.
generalis, can. 4. ibi. Nestoriani Deum, Ver-
bum, & Iesum Christum vocantes & hominem
separatum Christum, & Filium nominantes, &
duas personas manifeste dicentes, & Conc. Ephe.
can. 3. ibi: si quis in Christo vno diuidit sub-
stantias

H

stantias

stentias post unitatem, sola societate conjungens eas quæ secundum dignitatem est, hominem, non humanitatem Verbum assumpsisse anathema sit: quibus decretis damnata est hæresis Nestorij & Anastasij, eius præbyteri, & Theodori Noplietani assentientium in Christo duas esse personas Verbumque diuinum assumpsisse, non solum humanitatem, sed hominem etiam, hoc est personam creatam, & assumendo personam consumpsisse naturam, has enim omnium hæreses damnauerunt hæc celeberrima sub anathemate Concilia, sed hæc decreta Conciliorum non bene subsisterent, si persona vel suppositum supra naturam adderet solam negationem, & non positium, nec legitime possent exponi hæ locutiones, si in homine præter naturam humanam non est aliquid reale, quod compleat rationem personæ, quod impeditis in Christi humanitate per unionem Verbi suppleto Verbo in illa natura personalitatem humanam, ut communis Patrum, & Theologorum consensus persuadet: ergo falsum est assertum Scoti; minor patet, quia si verum esset, addi solum negationem unionis supra naturam; solum dicerent Concilia ut Scotus Verbum assumendo humanitatem impedivisse, seu abstulisse negationem unionis, vel cum dicunt non assumpsisse, solum dicerent, non assumpsisse naturam, quæ miserit sine unionem, & iuxta hanc sententiam Scoti, habent hunc sensum illa verba; Verbum sibi vniuit humanitatem, non relinquens eam sine unionem ad se, quod est summe ridiculum; quapropter: ð admirabilem definitionem, exclamat Pater Hurtado, & quidem valde indigebat Ecclesia Dei, ut 320. Patres in Concilio cogerentur ut definiunt Verbum assumpsisse naturam humanam, illam sibi uniens non relinquens irunitam! ac si in Hispania totius regni status cogerentur ad deliberandum de summa totius Regni, ac postea sancirent hominem sedentem, non stare, & quiescentem non currere: quæ sunt, ut dicitur hispane *Verdades de Pedro Guallo*, quis non arbitraretur eos homines esse nugaces, neque hic sensus quæstionis incidit in hæreticorum mentes, sed illi adstruebant Verbum diuinum facta unionem esse duas personas, non autem humanitatem asseriebant; facta unionem esse unitam, & non unitam, neque Ecclesia eos damnat ob hanc secundam propositionem, sed quia admissa unionem, admittunt in Christo duas personas, assumpsisseque Verbum diuinum hominem, seu suppositum creatum. Sancti vero Patres aiunt eos miserrime errasse, quia non distinguunt naturam à supposito positivè, at illi recte distinguebant unionem ab eius priuatione; aliud ergo hæretici volunt, quod Ecclesia damnat, ð quanto iure hæretici Concilia iriderent, si aduersus eorum insanias definiret humanitatem ita esse unitam Verbo, ut manserit unita, id est, quod non manserit non unita; neque opus est alio argumento, contra Durandum & Scotum, nisi ex eorum sententiis multas definitiones Ecclesiæ, quibus vniuersus nititur Christianissimus, reddi ineptas, ridiculas, atque nugaces, ut redduntur explicatione Scoti, ut asserunt Pater Suarez, in *metaph.* P. Valen. 4. *Tomo.*

7 Secundo probatur: sic omnis proprietas, & exercitium entitatis positivæ, dicit perfectionem positivam: sed subsistentia est proprietas, & exercitium substantiæ: ergo dicit perfectionem positivam: unde adæquate non est solum negatio,

unionis, & dependentiæ: maior est evidens differentia per omnia attributa & proprietates cuiuscunque gradus; nam incipiendo in ente, attributa entis in sententia Scoti, etiam unitas adæquate dicunt positivam rationem, vel rationem entis in nostra sententia dicunt inadæquate saltem perfectionem entis; sed demus, quod attributa entis adæquate sunt negationes, hoc est quia nullum positivum potest dari æquale respectu entis, quod potest dari respectu substantiæ, cum substantia non sit positivum ut sic, sed inferius respectu illius, & in inferiori, verbi gratia, in accidenti; datur proprietas positivæ, verbi gratia, inhærentiæ; Deus dicit omnia attributa positivæ in sententia Scoti, vel inadæquate in omnium sententia; Angeli habent proprietates positivæ, verbi gratia, summam agilitatem, intellectum non discursivum quoad naturalia, de quibus postea tractabitur, si deur locus, corpus habet pro proprietate quantitatem, gravitatem, vel levitatem, quæ in omnium sententia positivæ entia sunt & realiter distincta, ut patet ex separatione à substantia panis; vivens autem habet potentiam motivam, generativam & nutritivam animal sensus externos, & internos; & appetitum, homo admirabilitatem, risibilitatem & equus hinnibilitatem.

Ex quibus omnibus colligo in omni gradu, & ordine entis dari attributa, quæ non sunt absolute & adæquate negationes, & in sententia Scoti absolute, & adæquate positivæ, loquendo autem de proprietatibus rigorosis, omnes sunt absolute entia positivæ: ergo etiam in gradu entis per se, & substantiæ, ut sic, subsistentia, quæ non est attributum, sed proprietas eius debet esse positivæ, & minime negativæ, & ratio à priori huius graduationis est, quia proprietas, & exercitium adæquatum alicuius naturalis debet commensurari cum perfectione essentia, quia essentia est radix, & mensura proprietatum. unde gradum perfectionis essentia sequuntur proprietates illius, & ideo intellectus Angelus est perfectior intellectu hominis, & sic est sine discursu, & scientia Angelus est comprehensiva, & in hac perfectione excedit scientiam hominis, risibilitas & capacitas discipline excedunt hinnibilitatem, & rugibilitatem, sed essentia substantiæ, & cuiuscunque gradus includit primario, & principaliter perfectionem positivam: ergo proprietas, & exercitium adæquatum substantiæ naturale, quæ naturaliter sequitur perfectionem illius, uti mensuræ propriæ, à qua accipit essentiam, & perfectionem totam, debet esse ratio positivæ, & ad minus non adæquate negativæ, & si non assentiantur huic discursui, reddant rationem Aduersarij, quare omnis proprietas, & passio dicant adæquatam rationem positivam, & in sententia Scoti, omnia etiam attributa, nullam enim reddent certissime aliam, si attenta mente indagatione ponderauerint ordinem, & proportionem naturalem rerum inter mensuram, & mensurabile, inter essentiam, & proprietatem, inter actum primum quidditativum, & passionale: ergo si subsistentia est proprietas substantiæ cõpletæ, debet esse positivæ adæquate, & quod verius est, non debet esse adæquate negativæ; mirum est, non debet esse adæquate negativæ, quia nihil aliud nor præcipua sic demonstratur, quia nihil aliud est proprium seu proprietas, nisi quod convenit omni soli, & semper & conuersim prædicatur: sed supposititalitas convenit sine dubio omni substantiæ completæ, soli substantiæ completæ, & semper.

Quaest. II. Quid addat suppositum &c. 59

semper, ita necessario; solum hac lex per miraculum possit alterari, ut est in mysterio Incarnationis, ubi licet destructa fuerit supposititas creata ne hac lex omnino, aut omnino in irritum caderet; ipsum Verbum diuinum suppleuit rationem suppositi, & personae creatae, & conuersum praedicatur, nam hoc est verum: est suppositum, ergo substantia omnino completa; & conuerso: ergo conuenit ei omnis adaequata definitio proprietatis.

8 Dices non esse proprietatem quia est negatio. Mira solutio: Respondeo noscatur subiectum, seu responsio admirabilis petito principij.

9 Contra, omnis gradus entis inferior entis, ut sic, siue sit accidens reale, siue Deus, siue Angelus, siue viuens corporaliter, siue non viuens habet non solum negationem propriam, quia illa sola non sufficit ad exercendam perfectionem essentialis posituam, nec ad distinguendam, & constituendam a posteriori essentiam, cum proportionem mensurae, & mensurabilis naturalis, sed etiam posituum proprietatem: ergo imperfectissimo gradu entis, & inferiori sub ente, ut sic, non solum debet concedi negatio, seu aliqua proprietas positua, ut tanquam per secundariam perfectionem primaria essentialis perfectio exerceatur, quia non est maior ratio, quare omnibus concedatur hoc, & non concedatur substantiae perfectissimae inter omnes gradus, ut sunt accidens, & modus: ergo est quid posituum, & non negatiuum substantia, quae proprietates substantiae est, & ut talis concedi debet.

10 Confirmatur, id per quod constituitur substantia in ratione maxime substantiae, & ut melius loquar, per quod completur; est perfectio ipsius substantiae positua, alias per illud non compleretur in ratione maxime substantiae, sed per supposititalitatem completur substantia in esse maxime substantiae, & perfectissimae substantiae; cum per illam completur, & constituitur in ratione prime substantiae, quae ab Aristotele, & communis Doctorum vocatur maxima, & perfectissima substantia, ergo substantia est perfectio positua, quia nemo dat, quod non habet, nec potest reddere perfectum, quod non est perfectio, sicut album non albedo, ergo non est negatio adaequata quia illa ut sic, non est absolute perfectio, quae habet suppositum in quantum suppositum praecipue, quia in quocumque genere complementum, ut in genere accidentis inheretia in quantitate punctum, vel superficies, in qualitate indiuisibile intentionis sunt positua entia intra latitudinem illius generis: ergo substantia, quae est complementum substantiae, debet esse positua entitas substantialis, & non adaequata negatio, quia hac propria non est intra genus substantiae.

11 Tertio, quia quod habeat negationem vnionis naturae, vel communicationis, ut ipsi loquuntur, secundum aptitudinem ex modo positum oriri debet, quo ex se ita possit esse, ut repugnet alieno supposito communicari, quatenus cum tali modo positum est, nam si negatio vnionis aptitudinalis non oriretur ex modo aliquo contrario, sequeretur naturam creatam numquam esse in proprio supposito, siquidem numquam haberet negationem vnionis secundum aptitudinem, nam quando natura est per se, licet actu non vnatur alieno supposito, potest tamen eadem numero natura, secluso modo peculiari vniri, ergo secundum se secluso alio modo positum, nunquam habet negationem vnionis secundum aptitudinem, ac

proinde numquam est in proprio supposito, etiam quando est per se, quod est absurdum posse autem vniri seu communicari, patet, quia potest augeri vnitis aliis partibus, &c. ut igitur dicamus naturam illam, quando per se est, esse completam in ratione suppositi, & habere negationem communicationis, tam actualis, quam aptitudinalis, ita ut non possit alteri communicari, ut ita dicam; asserere debemus, tunc habere modum aliquem posituum cum quo incommunicabilis sit, licet secundum se, sine illo modo communicari posset, & sit in proxima aptitudine, adhuc quando est cum negatione vnionis, quia negatio hoc non impedit, ut est in ceteris potentis, & ita fatendum est, negationem vnionis, seu communicationis, non conuenire naturae secundum se; nisi ratione alicuius modi, qui sit contrarius vnioni, seu ut ipsi dicunt communicationi actuali, & communicationi secundum aptitudinem.

Ultimo metaphysice, & denuo, sic probatur; supposititas, seu substantia, est ratio formalis existendi per se, & necessaria omnino, ut conseruetur, & duret in rerum natura substantia, quae suppositum dicitur; ergo negatio vnionis, vel dependentiae, non potest esse supposititas: antecedens euidens est, quia in omnium sententia, illa est definitio supposititalitatis vel ad minus aequiualeat illi, vel per illud indicatur finis illius. Consequentia sic probatur. primo ex prima parte, quia existere per se est conceptus posituus, v.g. sicut posse existere per se in actu primo, est conceptus posituus, quia est ipsa essentia substantiae, & similiter existere per se in actu secundo, cum sit primum, & per se exercitium illius actus primi, debet esse entitas positua & non negatio, ut videre est in omni primario exercitio actus primi positui, v.g. in inheretia respectu accidentis, actione respectu agentis, tam immanenter, quam transeunter, & tandem in omni genere causae, ut videre est in receptione materiae, & in formatione formae, & hoc propter naturalem correspondentiam, & proportionem inter actum primum posituum, & inter actum secundum primum illius: ergo pura negatio dependentiae seu vnionis, non potest esse ratio formalis existendi per se, vnde nec substantia, vel supposititas, quae est exercitium primum, & per se substantia, qui est actus primus posituus.

Idem probatur secunda parte antecedentis, quia impossibile est adhuc diuinitus, quod per vtrumque contradictorium formaliter, vel ut clarius loquar, ab vno contradictorio idem omnino effectus, vel quasi effectus sequatur, qui ab alio sit, ac fluit; sed per vnionem & dependentiam ad alienum suppositum, v.g. ad Verbum diuinum conseruatur in rerum natura humanitas, & persistit ac existit per se vere; ergo impossibile est quod negatione dependentiae, vel vnionis adhuc diuinitus conseruatur, & duret humanitas, v.g. quia ens per se est ratio constituendi substantiam in esse substantiae, impossibile est adhuc diuinitus, ut contradictorium illius, nempe negatio entis per se constituat substantiam, siue in primario effectus, siue in secundo, distinguendo illam ab accidenti, & quia actio conseruatua Dei, & actio productua dat esse termino producto, & conseruato, impossibile est adhuc diuinitus, ut quod fiebat per illas actiones fiat praecise per contradictoria illarum.

Clarius in Philosophia, quia apprehensio est conditio necessaria, vel ratio formalis ad hoc

ut voluntas operetur circa finem, adhuc diuinitus non poterit voluntas operari per præcise contradictorium apprehensionis, & ratio evidens à priori est, quia sicut contradictoria nullam dicunt convenientiam, nec æquivalentiam in esse vnius respectu alterius, sed summam, maximam, & immediatam repugnantiam, ac oppositionem in essendo, ita etiam in operando, & in effectibus, vel quasi effectibus debet esse eadem oppositio, sine aliqua convenientia, & æquivalentia; ita ut vnum contradictorium non possit supplere munus alterius: ergo si dependentia & vnio in genere terminatio à Deo, ut ab alieno supposito est ratio formalis conseruandi, & persistendi, cum de facto conseruetur, & persistat in rerum natura humanitas Christi, ita ut in hoc suppleat, quod deberet facere supposititas creata: ergo illa supposititas cuius munus supplet, & cuius loco subrogatur vnio ad Verbum diuinum, non solum naturaliter, sed nec per potentiam Dei absolutam poterit esse negatio vnionis, & dependentie ab alieno supposito, quia per vnum, contradictorium non potest suppleri munus alterius contradictorii, quare si suppletur per vnionem, & dependentiam posituam, quæ est modus positius substantialis munus supposititalitatis, talis supposititalitas creata non erit contradictorium illius vnionis seu dependentie, sed potius erit modus positius vnionis seu dependentie, v.g. materia prima persistit, & conseruatur in rerum natura, per vnionem ad formam substantialem & accedens per vnionem ad subiectum, quæ nec per potentiam Dei absolutam possunt conseruari ex vi præcisi, & solum contradictorii vnionis ad materiam primam, & ad subiectum, sed potius in omnium sententia sine aliqua tergiversatione accedens conseruatur ex vi actionis positivæ; vnde loco inherentie subrogatur actio perfectior, quæ modus positius est, qui ex eo quod talis est, potest supplere inherentiam accidentis ad subiectum; vnde si accidenti tollatur inherentia, & ingreditur loco illius precisa negatio inherentie destruetur absque dubio accedens illud: ergo tantum abest quod per vnum contradictorium conseruetur id quod conseruatur per aliud, ut potius destruetur ex vi illius precise: ergo si subsistentia est necessaria, ut res in suo esse conseruetur, & non destruetur, & hoc ipsum fit per vnionem, & dependentiam à supposito alieno diuinitus, evidenter colligitur supposititalitatem non esse contradictorium vnionis, & dependentie, hoc est negationem illarum, quia nec per potentiam Dei absolutam ut dixi vnum contradictorium potest facere quod alterum faciebat: ergo sine dubio sicut vnio, & dependentia, à supposito est entitas positua modalis, etiam supposititalitas cuius loco subrogatur erit entitas positua modalis.

15 Tandem sic argumentor metaphysice; quia negatio, quæ immediate fundatur in aliqua entitate, non potest tolli adhuc diuinitus, nisi destructa tali entitate positua, in qua fundabatur: tum sic, per te supposititalitas nihil aliud est quam negatio immediate fundata in natura completa, v.g. hominis, vel Angeli: ergo nullo modo potest tolli talis negatio, nec per potentiam Dei absolutam, nisi destructa entitate, in qua immediate fundatur, sed Deus potest tollere supposititalitatem creatam non destruendo naturam completam creatam: ergo signum evidens est talem supposititalitatem non esse negationem immediate fundatam in natura completa: illa prima

pars syllogismi sic probatur, quia negatio identitatis quæ est in entitate creata, immediate fundatur in ipsa entitate, non potest tolli ab ipsa, ac destrui, nisi destructa entitate, in qua immediate fundatur, & quia irrationalitas seu negatio rationalitatis fundatur immediate in entitate brutalitatis, non potest destrui talis negatio, quin destruetur ipsa brutalitas. Et quia negatio corporeitatis fundatur immediate in spiritualitate animæ, & Angeli, non potest destrui vlllo modo talis negatio corporeitatis, nisi destructis entitatibus Angeli, & animæ, in quibus immediate fundabatur talis negatio, & ratio à priori est, quia sicut talis negatio non conseruatur, nisi solum conseruata entitate, ita non potest destrui illa, nisi destructa solum entitate, in qua immediate fundatur, propter connectionem essentialem inter utramque repertam: ergo negatio, quæ immediate fundatur in aliqua entitate, non potest destrui nisi destructa entitate in qua immediate fundatur. Illa secunda minor sic probatur, quia in sententia Scoti vna natura creata potest suppositari per aliam, in quo casu sine dubio concedit Scotus naturam suppositatam non habere propriam supposititalitatem, ut contingit in mysterio Incarnationis, & nihilominus in illo casu remanet integra, & completa natura suppositata, nec destruitur per supposititalitatem alterius suppositi, sed potius completur in esse suppositi per illam supposititalitatem: ergo evidenter sequitur supposititalitatem, quæ deficit in tali natura suppositata non esse negationem immediate fundatam in natura, sed potius posituum modum, aut entitatem, quæ expellitur ab alia supposititalitate.

Dices naturam illam suppositatam impediri à supposito alieno ne illam consequatur negatio.

Sed contra, quia suppositum illud non potest impedire talem negationem, quia negatio non resultat ab eo, quod imitatur influxum physicum, sed solum ea, quæ per influxum physicum resultant, potest Deus impedire ne resultent per subtractionem sui concursus: ergo.

At hæc Deus non potest efficere, ut res quæ est existens à parte rei, non sit vna, & distincta ab omni alia quæ non est idem cum ipsa: ergo nec poterit impedire negationem illam actualis dependentie, si ex se consequatur naturam, cum non sit hæc minus intrinseca negatio quam illa quam superaddit vnitas supra ens.

Dices dupliciter posse tolli negationem à subiecto 1. per destructionem ipsius, in quo immediate fundatur negatio, ut si destrueretur aer, sine dubio destrueretur tenebræ, & si destrueretur materia, sine dubio destrueretur negatio formæ, quod etiam contingeret in cæcitate si destrueretur entitas oculi. 2. modo potest destrui negatio per introductionem contradictorii in subiectum ubi fundabatur negatio, ut quando destruantur tenebræ per introductionem luminis in aëre, & quando corrumpitur cæcitas per inductionem miraculosam visus in oculum, & hoc posteriori modo destruitur negatio dependentie in natura seu per introductionem vnionis ad suppositum alienum, quæ dependentia ad illud est, uti per contradictorium proprium.

Sed contra primo, quia negatio non potest destrui per introductionem contradictorii in subiectum talis negationis, aliàs talis negatio non negatio, sed priuatio esset, negatio enim in suo esse essentiali constituitur distinctio essentialis

lxxx

Quaest. II. Quid addat suppositum, &c. 61

liter à privatione, per connotationem essentialem ad subiectum ineptum, & incapax formae contradictoriae talis negationis, & è contra privatio talis est, quia est in subiecto apto nato recipiendi formam oppositam, ut ipsa luce clarius est: ergo vera negatio distincta à privatione non potest destrui, aut expelli à proprio subiecto, per introductionem formae positivae oppositae, cum subiectum talis negationis, cum sit ineptum, & incapax formae oppositae non possit recipere talem formam, cum quando deficit potentia passiva ad talem formam, necessario etiam debeat deficere potentia activa, quae possit introducere illam in tali subiecto, & ideo absolute impossibile est, ut introducatur forma positiva opposita in subiectum negationis propriae, v.g. quia Angelus dicit propriam negationem corporeitatis, nullo modo potest destrui talis negatio in Angelo per introductionem corporeitatis in ipsum, & quia creatura dicit negationem propriam divinitatis, haud quaquam potest destrui talis negatio per introductionem divinitatis in esse creatum, sed suppositivitas in sententia Scori est propriissima negatio naturalis vnionis ad suppositum alienum, cum naturaliter non possit vniri ad illud; sed solum per potentiam Dei absolutam: ergo non potest vlllo modo destrui talis negatio vnionis per formam oppositam introductam in subiectum illius negationis.

20 Secundo contra, & supponamus, talem negationem vnionis non propriam negationem esse, sed potius privationem, in eo enim casu certissimum esset nullo modo posse naturam humanam Petri vniri vnione hypostatica ad suppositum Ioannis, ita ut terminus formalis talis vnionis futurus esset suppositivitas Ioannis, quia nullo modo potest assumi natura ad negationem aliquam, ut esset suppositivitas illa Ioannis; negatio enim ut sic non potest esse formalis terminus vnionis realis, ut per se notum est, quia assumptio naturae extrinsecae ad propriam personalitatem non est sine reali, & positiva vnione naturae assumptae ad personalitatem, sed intelligi non potest vnionem positivam, & realem terminari ad negationem, quia vnio realis positiva extremorum positivorum realium vinculum esse debet, & ratio evidens à priori est quia positivum comparatum cum negatione est perfectum, seu bonum, sicut ens reale comparatum cum ente rationis est bonum, & perfectum; sed bonum ex D. Dionys. est ex integra causa; malum autem ex quocunque defectu, ideo enim homo non est, nec vocatur spiritualis, quia non est talis ex integra causa, licet aliqua illius causa sit spiritualis, scilicet anima; sed vtrumque extremum, seu terminus est causa integra vnionis; ergo ut talis vnio sit bona hoc est positivum, vtrumque extremum debet esse positivum; ita ut si aliquod extremum sit negativum, non possit esse vnio positiva, sicut, v.g. vnio inter ens reale & ens rationis non potest esse realis, hoc est bona in illo genere, quia solum vnum extremum non est reale, sed rationis, & ideo in omnium sententia rationis, ac firmiter est entis realis ad ens rationis non posse dari vnionem realem: efficacia hoc vrgetur, vnio cecitatis ad oculum, tenebrarum ad aërem privationis formae substantialis ad materiam primam, non est positiva, sed negativa, quia solum vnum extremum est negativum, ex quo evidenter sequitur quod vnio positiva necessario, & essentialiter petat omnes terminos positivos,

sed vnio hypostatica naturae Petri ad suppositum Ioannis est vnio positiva, ut est vnio hypostatica naturae humanae ad suppositum divinum, quod nullus vnquam catholicorum potest negare: ergo suppositum Ioannis, vel suppositus illius est terminus positivus & non negatio.

Dices talem vnionem non esse positivam, sed negativam inter naturam Petri, & suppositum Ioannis.

Sed contra evidenter: ergo suppositivitas Petri est entitas positiva, patet hæc consequentia, quia quando vnum contradictorium est negatio, alterum contradictorium debet esse positivum seu affirmativum, quia contradictoria oppositio, quia est immediata, & maxima debet esse sine aliqua convenientia inter opposita, & sic nec potest esse inter secundam negationem, quae conveniunt in ratione negationis ut sic, nec inter duo entia positiva, quae conveniunt etiam maxime in ratione entitatis positivae ut sic, sed necessario debet intercedere inter duo extrema, quorum vnum sit positivum, & alterum negativum quod expressè asseruit Aristoteles (recipiturque ab omni schola tam Theologorum, quam Philosophorum) definiens contradictoriam oppositionem sic est affirmatio, & negatio eiusdem de eodem: vbi extrema oppositionis contradictoriae sunt affirmatio, & negatio, ut evidenter manifestetur, opposita contradictoriae ita debere esse, ut vnum necessario sit positivum, & alterum negatio ipsius, sed suppositivitas est contradictorium vnionis, seu dependentiae ad alterum suppositum, & per te vnio hypostatica quae est contradictorium suppositivitatis, est negatio seu vnio negativae: ergo suppositivitas, quae contradictorium illius est, erit sine dubio entitas positiva, quod sic vrgetur, quia per te suppositivitas est negatio vnionis seu dependentiae naturae Petri ad suppositum Ioannis, v.g. & per te etiam talis vnio, seu dependentia est etiam vnio negativae, seu negatio: ergo de primo ad ultimum suppositivitas est negatio negationis: ergo est affirmatio seu positiva entitas, quia duae negationes affirmant, & ideo communiter dicitur, negationem negationis esse affirmationem, quapropter inter Dialecticos idem est terminum affectum duplici negatione, ac terminum affirmativum. Et ideo hi termini aequivalent, ut patet ex terminis aequivalentibus, nonnullus, aliquis.

Tertio contra, quia illa vnio ad suppositum, quae hypostatica dicitur in casu in quo suppositum Petri terminaret naturam Ioannis esset vnio ad suppositum, & non ad suppositum, videlicet naturae Petri ad suppositum Ioannis esset ad suppositum ut supponimus, cum concedat Scotus posse naturam Petri suppositari per suppositum Ioannis, non esset ad suppositum, quia per illam vnionem per quam destruitur suppositivitas Petri, etiam necessario destrueretur suppositum, & suppositivitas Ioannis, quia non est maior ratio, quare per talem vnionem destruiatur suppositivitas naturae Petri quam suppositivitas naturae Ioannis; natura enim Petri ante vnionem erat suppositum, similiter erat suppositum natura Ioannis, & per vnionem vtrumque vnitur, cur igitur illa vnio abstulit à natura Petri rationem suppositi, & non à natura Ioannis, quia per te de essentia suppositi est negatio vnionis ad aliud suppositum: sed per illam vnionem suppositum Petri alij supposito Ioannis vnitur: ergo per illam

H 3 vnionem,

unionem, sicut tanquam per contradictorium destruitur suppositum Petri, & non est iam suppositum, sic similiter suppositum Petri dic Ioannis destruitur per eadem unionem similiter, tanquam per contradictorium proprium, & non erit iam amplius suppositum, unde illa unio erit ad non suppositum, unde si ex alio capite est ad suppositum, ut concedunt Aduersarij, eadem unio erit ad suppositum & non ad suppositum simul: sed impossibile est quod idem sit, & non sit simul: ergo impossibile est quod talis unio sit ad suppositum, & non ad suppositum, sed hoc impossibile sequitur ex eo quod Scotus affirmet supposititalitatem esse negationem: ergo ne hæc inconuenientia impossibilia, & absurda contradicentia ipsi Scoto sequantur, dicendum est supposititalitatem esse entitatem positivam.

24 Primo Theologicæ sic argumentor, quia si negatio dependentiæ constitueret suppositum entitatem illam in qua datur talis negatio dependentiæ sequeretur dari in diuinis non solum tres personæ, sed etiam infinitæ personæ: sed hoc est hæreticum, & contra fidem: ergo supposititalitas non est negatio dependentiæ. Maior illa sic probatur, quia infinitæ perfectiones, ut v.g. omnipotentia, sapientia, iustitia, &c. quatenus existunt realiter in Deo, & sunt realiter Deus, sunt realiter, & a parte rei substantia, quia in Deo nullum verum reale accidens potest dari: sed istæ infinitæ perfectiones, & vnaquæque illarum, quatenus in sententia Scoti ex natura rei distinguuntur tam inter se, quam ab essentia diuina, & tam ab hac quam à relationibus non sunt substantia creata: ergo non sunt substantia dependens, sed potius substantia omnino independens: quia vnaquæque ex his perfectionibus, ut omnipotentia, verbi gratia, distinguuntur ab omni creatura, & ab omni ente participato, & secundo, quatenus creatura est & secundum rationem propriissimam creaturæ, & entis participati: atqui ens participatum, & creatura, quatenus ens participatum est, & secundum propriissimam rationem creaturæ dicit dependentiam ab alio: ergo omnipotentia diuina, quæ dicit negationem constitutivam propriæ creaturæ, & propriissime rationis entis participati, siquidem vere, & realiter non est creatura, nec habet rationem entis participati habebit negationem dependentiæ, quæ propriissima ratio constitutiva creaturæ est: ergo omnipotentia quatenus distinguitur ex natura rei ab ipsa diuinitate, relationibus & perfectionibus est suppositum diuinum, quia suppositum nihil aliud est quam substantia cum supposititalitate: atqui omnipotentia diuina quatenus distinguitur ab illis perfectionibus est substantia cum supposititalitate, quia est substantia cum negatione dependentiæ: ergo est suppositum, & cum eadē ratio sit de cæteris perfectionibus infinitis diuinis, cum vnaquæque propterea distinguitur ab alia & ab ipsa diuinitate sit substantia habens supposititalitatem, quæ est negatio dependentiæ, vnaquæque ex illis, & omnes infinitæ perfectiones erunt infinita supposita distincta inter se ex natura rei: sed in Deo quicquid est suppositum, est persona: ergo in Deo dantur infinitæ personæ distinctæ inter se ex natura rei.

25 Dices omnipotentiam quatenus attributum ex natura rei distinctum non esse formaliter substantiam, ac proinde non esse suppositum, licet habeat negationem dependentiæ.

Sed contra primo, quia ex hoc sequitur negationem dependentiæ non esse supposititalitatem, quia supposititalitas solum conuenit substantiæ, ut constituat illam in esse suppositi: sed per te negatio dependentiæ conuenit non substantiæ formaliter, & existendo in aliquo, tanquam in connaturali subiecto non constituit illud suppositum: ergo negatio dependentiæ non est supposititalitas, quia si esset supposititalitas, necessario constitueret subiectum in quo est suppositum, quia est ratio formalis constituendi illud in esse talis, sicut impossibile est ut intellectio existat in homine, & non constituat illud in esse intelligentis, & lux existens in Sole non potest non constituere illum luminosum, cum luminosum nihil aliud sit, quam subiectum recipiens lucem & lux recepta in illo.

Secundo contra, quia nullo modo potest negari, quin natura diuina quatenus ex natura rei distinguitur à relationibus sit substantia, sicut quæcunque natura creata substantia est: atqui natura diuina propterea sic distincta nullam habet dependentiam ab alio, sed potius illius negationem tam aptitudinalem, quam actuale, quia non magis dependet natura à relatione, quam hæc ab illa: ergo si est substantia, & habet talem negationem propterea sit distincta, erit suppositum, & persona: unde una persona diuina erit communis tribus diuinis personis, quod est hæreticum. Item dantur quatuor personæ, quod etiam aperte contra fidem est: ergo ne hæc tam monstruosa absurda sequantur, dicendum est negationem dependentiæ non esse supposititalitatem.

Secundo Theologicæ sic argumentor: Suppositum, seu persona propterea distinguitur ratione à natura diuina, & à parte rei virtualiter non constituitur negatione: sed positio conceptu ratione nostra naturæ superaddito, qui in Patre realiter distinguitur à Filio, & est ratio constitutiva Patris in esse Patris, & in esse principij productiui filij, quod negationi nullo modo potest conuenire: ergo ratio suppositi ut sic non consistit in negatione: unde ergo colligit Scotus suppositum creatum negatione constitui cum includat conceptum suppositi ut sic, qui conceptus non consistit in negatione: cedo ergo mihi rationem suppositi communem Deo, & creaturis repertam in creaturis, sicut reperitur ratio substantiæ.

Dices suppositum ut sic non esse commune Deo & creaturis.

Sed mirum est hoc in Scotica schola admitti, & tantes conceptus vniuoce communes Deo, & creaturis, sicut ergo esse ens substantiam, iustitiam, sapientiam, &c. conueniunt vniuoce Deo, & creaturis, quia conueniunt eis, & in Deo, & creaturis, quia conueniunt esse suppositum rationem, cur non conuenit esse suppositum intrinsece vniuoce Deo, & creaturis, siquidem prædicatur intrinsece suppositum de Deo, & creaturis, præcipue cum vtrique attribuantur actiones, & denominationes ratione suppositi, cur etiam non habebunt rationem communem, cur etiam non habebunt attributa effectus, nem suppositi, cui similes attribuantur effectus, qui non ratione naturæ, sed suppositi solent tribui, præcipue quia definitio Boëtij de supposito communi est Deo, & creaturis; Angelus enim & Deus sunt substantiæ complete indiuiduæ intellectuales naturæ, sed minime rebus conuenientibus in esse, & in definito vlla datur definitio communis, ut videre est in æquiuocis: ergo per
sona

Quæst. II. Quid addat suppositum, &c. 63

sona creata & increata conueniunt in ratione suppositi vt sic vniuoce: ergo persona creata non est negatio, alias nulla daretur conuenientia vniuoca inter personam creatam, & increatam, quia conceptui positio, & negationi, sicut nullus conuenit conceptus communis, ita inter illos nulla intercedit conuenientia vniuoca, quia ens & non ens in nullo conueniunt physice.

31 Virgetur, quia persona creata est participatio increata personæ: sed illa est positua, & conceptus posituus, cum ex se non includat infinitatem de se est participabilis in Deo, vt viuens intellectualem substantiam vt sic: ergo creata persona participat rationem posituam personæ à Deo, atq; adeo positua persona erit, cū neq; in ratione personæ, neq; in ratione posituæ personæ infinitudo, aut aliq; prædicatum incompatible cum creatura includatur, non in ratione personæ, cum creatura participet verā rationem personæ, nec in ratione posituæ, quia perfectior ratio positua est prædicatum essentialium, vt substantiæ intellectuales liberae, quam positua ratio personæ, cum in Deo sit illa ratio positua essentialis perfectio simpliciter simplex, sed perfectio secundum quid, & nihilominus illa maior perfectio positua essentialis participatur à creatura, verbi gratia, ab Angelo, ab ipsa positua entitas substantialis essentialiter intellectualem, & libera: ergo à fortiori poterit participare, & de facto participabit rationem posituam personæ à Deo, (& sic nihil infinitatis includit ratio posituæ personæ) quia ipsa persona increata participabilis positua est, sicut quia vnitas creata est participatio vnitatis increatæ, & illa dicit conceptum negatiuum, hæc etiam, quod adeo verum est, vt nullus sit conceptus participabilis à Deo posituus, qui participetur à creatura negatiue, tum etiam à fortiori, quia diuina est per se subsistens essentialiter absolute, vel cui essentialiter debetur subsistentia non distincta à parte rei ab ipsa natura, & nihilominus secundum rationem ei addi potest aliquid posituum, quod sit suppositualitas, vel personalitas, quodque relatiuum esse oportet propter perfectionem Dei, in quo nihil absolute potest esse omnino incommunicabile, in creatura vero natura non est per se essentialiterq; subsistens actualiter cum in Christo assumi potuerit sine propria subsistentia: ergo multo magis poterit ei addi aliquid posituum, quod realiter subsistat, quod licet absolute sit, tamen realiter incommunicabile propter suam imperfectionem, & ita constituat suppositum terminando rem ultimo incommunicabiliter subsistentem, nam si naturā diuinā cum sit maxime independentem, & actus purissimus habet posituam personalitatem virtualiter, & ratione à se distinctam, & in sententia Scoti ex natura rei, cum qua personam constituit, & complere intelligitur ad productiones in Trinitate immanentes, & ad transcentes, cur vt bene interrogat Hurtado eodem modo non ratiocinantur Duran. & Scotus in n. aturis creatis potentialitatem habentibus, aut cur volunt naturā creatam paucioribus egere quam diuinā, cum potius hæc propter summam actualitatem paucioribus egeat, quia dum creatura, indiget pluribus constitutiuis realiter distinctis, Deus sua vnica simplicissima, ac indiui-

dua entitate perfectissime, ac infinite constituitur, & quod creatura mille præstant instrumentis, Deus conficit sine vllo.

Secundo Theologicè sic argumentor ex mysterio Incarnationis, quia si suppositum supra naturam addit solum negationem, sequuntur duo absurda in fide, primum, quod Verbum diuinum ipsum vt sic non sit persona, & quod nec creatura sit persona, & sic Christus solum erit compositum ex natura humana, & diuina sine aliqua personalitate, quod est aperte hæreticum, secundum quod in Christo sunt duæ personæ & quod Verbum assumpsit personam creatam, quod etiam est manifesta hæresis.

Primum inconueniens sic probatur, quia in humana natura manet omnis res, & omnis modus realis, qui est increata persona, & tamen definit esse persona solum, quia vnitur, adueniente enim vno contradictorio destruitur alterum; cum autem vnio sit contradictorium negationis vnionis, quæ personalitas est necessario adueniente tali vnione tanquam contradictorio personalitatis ex templo sine dubio debet destrui personalitas, quæ est alterum contradictorium vnionis, sed Verbum diuinum etiam vnitur humanitati vere, & realiter: ergo Verbum etiam non erit persona, etiam si nulla re, vel modo priuatur: hæc consequentia sic patet, quia vbi est eadem ratio formalis est idem effectus, &c. Sed ratio vnionis præcisa tollit in creatis rationem personæ, & hæc eadem numero vnio datur respectu Verbi, quæ est ratio formalis tollendi personam: ergo datur in Verbo idem effectus, vel quasi effectus scilicet ablatio personæ, verbi gratia, quia ex eo quod creatura habet perfectitatem non est accidens, loquor de perfectitate essentiali, vel quia creatura debetur subsistentia, non est accidens, similiter quia natura diuina habet subsistentiam, non est accidens, sed substantia, & sicut sapientia impedit ne in homine deatur ignorantia illius, cuius sapientia est; sic in Deo ex vi sapientiæ infinitæ datur incapacitas ignorantie; clarius & manifestius exemplum, quia distinctio realis personæ creatæ ab alia facit talem personam incapacem identitatis realis cum illa persona à qua distinguitur realiter, sic distinctio personalis realis in Patre, verbi gratia, facit illum, in quantum talis persona est, incapacem identitatis realis, cum Filio à quo realiter distinguitur, secundum personalitatem, licet in essentia sint idem & vnus Deus: ergo si vnio præcisè & adæquate, in mysterio incarnationis impedit personalitatem creatam in natura humana, eadem numero vnio Incarnationis, quæ datur respectu Verbi diuini impedit personalitatem diuinam.

Dicunt humanitatem definire esse personam, non quia vnitur præcisè, sed quia vnitur dependendo à Verbo, cum tamen Verbum non dependeat ab humanitate.

Contra, quia in sententia Scoti humanitas non dependet à Verbo vllo modo in suo esse: ergo falsum dicitur: antecedens patet, quia illa humanitas ad existendum nihil ultra requiebat præter entitatem suam, vnde si vnione careret, nulla addita causalitate, aut realiter conferuaret suum esse, quia per solam negationem vnionis habet quicquid necessarium est ad subsistendum in suo esse, vt ipsi etiam fatentur: ergo non humanitas, sed compositum ex humanitate, & Verbo pender à Verbo, & ad summum humanitas

nitas vt vnita, vt solet de anima rationali dici, vel potius vnio eius penderet à Verbo; sed hoc etiam suo modo potest dici de Verbo, vt vnito scilicet, hoc est de vnione Verbi, quod quantum ad illam formalem denominationem pendeat ab humanitate, fateor quidem hanc intercedere differentiam, quod vnio est aliquid in humanitate, non autem in Verbo: sed hoc quid refert, vt auferat denominationem personæ cum maxime illa vnio secundum Scotum solum sit, quædam relatio realis, vt autem illa euasio tollatur, fingamus huiusmodi vnionem inter res creatas vt supra diximus, siue illa sit impossibilis siue possibilis, vt ipse Scotus credit, & affirmat, ponamus ergo Patrem terminare naturam Pauli: tunc, ergo cum vtrumque extremum sit creatum ex hac parte, nulla est ratio ob quam vnio potius sit aliquid positium, hoc est relatio realis in vno extremo, quam in alio, rursus tota entitas positua, quæ antea erat in extremis, postea manet post vnionem ita in vno sicut in alio.

Deinde ex vi vnionis neutrum pender ab illo in esse suo, & vtrumque ad inuicem pender ab vnione, quæ ergo ratio asserti potest ob quam post talem vnionem potius censetur manere persona Petri quam Pauli, aut cur non mutuo persona consumeret personam, cum ab vtraque tollatur dependentia quoad vnionem, vnde non magis potest dici Petrus assumere naturam Pauli, quam e conuerso; nec denique explicabile est qualis esset illa substantialis vnio, huc enim tendit tota vis huius rationis.

36 Secundum inconueniens sic probatur, quia natura assumpta à Deo retinet in Deo vtramque negationem dependentiæ, tam aptitudinalis quam actualis: ergo in Christo sunt duæ personæ si negationes sunt personalitates, quia ibi sunt duo conceptus personarum integri, atque distincti, scilicet entitas creata humanitatis, cum negatione dependentiæ, & entitas increata Verbi similiter independens. Secunda pars antecedentis sic patet, natura humana vnita Verbo actu, est actu independens à Verbo, quia natura humana habet omnes reales conceptus per quos si dimittatur, à Verbo subsister sine dependentia ab illo in ratione suppositi: ergo per eosdem est modo ab illo independens in ratione suppositi: antecedens datur ab aduersariis concedentibus humanitatem ex vi negationis vnionis præcise conseruari, & patet quia humanitas non pender à negatione vnionis, quam habet à Verbo dimissa: consequentia probatur, quia illi conceptus reales quos humanitas haberet à Verbo dimissa tam efficaces essent ad illius conseruationem in Verbo quam extra illud.

37 Præterea, & supponamus humanitatem Petri iam existentis vniri Verbo: illa humanitas ante eam vnionem non dependebat à supposito humano, quia hoc addit per te negationem à qua nihil positium physicum potest dependere, sed anima, materia & vnio primo dependebant solo à Deo efficienter vnio illarum ab extremis vnitis tanquam à subiectis, tum adhesionis tum inhesionis, facta vero vnione ad Verbum conseruantur eadem causalitates, & non amittitur nisi negatio vnionis, à qua non pender humanitas: ergo humanitas vnita Verbo est ab illo actu independens. Adde humanitatem non posse pendere à Verbo in ratione suppositi: ergo Verbum debet efficere in humanitate quod connaturale suppositum, sed à connaturali supposito non de-

pender humanitas, quia non dependet à negatione: ergo neque à Verbo, quod si connaturale suppositum esset principium à quo penderet humanitas, penderet quidem à Verbo supplente vices illius rei à qua pender humanitas: ergo neque pender à Verbo per vnionem; vnde humanitas in Verbo seu in Deo, & vt clarius loquar in Christo assumpta per Verbum habet negationem actualis dependentiæ, quoad autem negationem aptitudinalis dependentiæ sic patet, quia si posset dependere, talis humanitas vel esset, propria subsistentia, vel ab aliena, sed non à propria, quia negatio est in vestra sententia non ab aliena, si negatio est propter eandem rationem, si positua est, vt est personalitas diuina, similiter non potest ab illa dependere, quia suppositualitas diuina id munus exerceat respectu humanitatis, quod exerceret propria suppositualitas, sed à propria non potest dependere: ergo nec à diuina.

Confirmatur tota hæc ratio, humanitas Christi non est tam completa substantia, sicut est persona Pauli, aut Ioannis; sed esset si suppositum creatum non adderet supra naturam positium: ergo addit illud; maior est certissima, alias sicut ex Paulo & ex alia substantia completa non posset coalescere vnum ens per se, ex communi illo principio: ex duobus entibus in actu completis non fit vnum ens per se, ita similiter, neque ex humanitate, & persona Verbi posset coalescere vnum ens per se, quod est hæreticum & contra fidem; Christus enim qui resultat ex humanitate & Verbo secundum fidem catholicam, est vnum ens per se substantiale; minor vero probatur, quia substantia in genere substantiæ non completur per negationem, quia negatio vt negatio sicut nullam dicit perfectionem, nec importare potest complementum aliquid: atqui humanitas Christi nihil minus habet, quam persona Pauli ex sententia Scoti, nisi negationem: ergo si suppositum creatum non addit supra naturam positium non est minus substantia completa humanitas Christi quam persona Pauli.

SECTIO VLTIMA.

Argumenta aduersaria soluntur.

AD locum Arist. 1. Respondeo cum P. Hurt 39 Philosophum non cognouisse distinctionem suppositi à natura à parte rei, quæ neque nobis clare, & certe innotuisset, nisi mysterium incarnationis intercessisset, vnde flocci pendenda est Arist. sententia in hoc casu. 2. dico Arist. loquentum fuisse de materia & forma cum propriis subsistentiis, ex quibus coalescit compositum suppositum, v. g. materia & anima Socratis cum suis subsistentiis constituunt hoc supplementum Socratis, & hoc modo loquitur Philosophus, & sic verum erit quidditatem in his ossibus, & carnibus, & anima simul cum suis subsistentiis esse Socratem, nisi malis loquentum fuisse Aristotelem de quidditate ipsius Socratis tantum, vt constat ex ipsius verbis.

Ad secundum concedo antecedens pro proprietate reali, & modo in re distincto à natura excludendo relationem fundatam in substantia, & negando consequentiam, & probationem illius, vt pag. 39 ex supradictis, sed nota, quod duplex modus potest considerari, alius substantialis, alius accidentalis,

dentalis, si antecedens enim illius argumenti loquatur de modo positio substantiali falso asserit, & sic ut falsum illud antecedens negamus, quia non est verum dicere suppositum constitui ante omnem modum substantialem; imo subsequitur ad omnem modum substantialem; nam subsequitur ad actionem substantialem productivam illius. Deinde subsequitur ad unionem constitutivam naturam suppositi, ac tandem sequitur ad terminum substantialem constituentem ipsum suppositum, tanquam constitutum ad constitutum, si autem loquatur antecedens illud de modo accidentali, verum est, ut iam explicuimus, & patet ex dictis.

41 Ad tertium concedo maiorem, & nego minorem: ad huius probationem nego maiorem, non enim ideo precise substantia panis dicitur converteri in Corpus Christi, quia ex vi praesentiae Corporis Christi desinat, sed potius quia Corpus Christi in quod convertitur, terminat aliquam physicam mutationem seu actionem in se, ratione cuius existimatur terminus ad quem conversionis, quia ex vi consecrationis reproductur ibi ipsum Corpus Christi, ut asserit P. Suar. 3. tom. 3. partis. Deinde substantia creata non desinit, ut desinit substantia panis, cum ante naturae assumptionem illa non existisset, ac per consequens non fuit conversa.

42 Ad ultimum respondeo cum P. Suar. non solum non esse inconueniens id quod intelligit Scotus esse tale, verum potius esse necessarium ad explicandam veritatem mysterii Incarnationis, videlicet quod Verbum non assumpsit in humana natura aliquam positivam rationem personae, quae modo sit, quia hoc necessario petitur a Conciliis, ex quo non sequitur illam naturam non esse perfectam in esse naturae, sed quod sequitur est non esse personam, & ita intelligendus est Damascenus, dum ait Verbum assumpsisse quicquid ad veritatem humanae naturae pertinet, & ad formalem humanitatis constitutionem.

43 Ad futile argumentum Durandi respondetur concedendo maiorem, & negando minorem, quia si illa natura non esset cum suppositivitate distincta ex natura rei ab ipsa, non esset homo; sed solum humanitas; unde materia, forma & unio sine modo positio ex natura rei distincta ab illis non potest cum veritate dici homo, sed humanitas; praeterea sequeretur quod in Christo essent duae personae, quia si personalitas non distinguitur a natura non destructa natura non potest destrui personalitas, quia impossibile est idem esse simul, & non esse; unde si in Christo datur personalitas divina, & datur simul natura humana, & natura humana est idem quod personalitas humana; ergo datur etiam personalitas humana; sed personalitas humana, & divina sunt duae personalitates.

QVÆSTIO III.

Utrum positium quod addit suppositum supra naturam sit modus vel res.

P R I M A sententia est Caiet. 3. part. q. 4. art. 2. & Ferrari. cap. 4. contra Gent. cap. 43. (eam sequitur P. Valentia tom. 4. disp. 1. q. 4. pag. 2.) asserens suppositivatem non esse modum, sed rem hanc L. P. Tom. 11.

etiam sententiam tuetur P. Albert. 2. tom. colo. disp. 3. q. 7. num. 13. eandem sequitur P. Hurt. disp. 1.1. Met. sect. 5. Et probatur sic, ab hoc Authore, quia omnis modus naturae est essentialis determinatio illius ad aliud, sed nullum suppositum creatum est essentialis determinatio naturae ad aliud: ergo nullum suppositum creatum est modus naturae; maior probatur tum inductione in omni modo praeter substantiam, unio enim determinat inuicem extrema, quorum est unio ad compositum, & ad se ipsa, actio agens ad effectum, vel terminum, ubi corpus ad locum; tum etiam quia modus est ad tollendam indifferentiam unius rei ad aliam, res enim determinata ex suo conceptu ad aliquid non indiget aliquo conceptu à se distincto, ut ad illud determinetur, ut albedo determinata ex se, ut possit dealbare in genere causae formalis, non indiget aliquo superaddito ad hanc virtutem, esto indigeat unione, ut actu dealbet, quia ex se non est determinata ad actum secundum dealbationis; minor vero ita probatur, quia vel suppositum determinat naturam, ut sit independens ab alio, vel ut existat per se, & non in alio supposito, sed ad neutrum determinat, nec determinate potest: ergo non ut sit independens ab alio, tum quia independentia ab alio est negatio, seu conceptus negatiuus, sed nullus conceptus positivus esse potest determinatio, seu modus ad aliquem conceptum negatiuum ob independentiam essentialem positivi à negatiuo: ergo praesuppositum non determinatur ad illam.

Deinde nec suppositum determinat naturam ut habeat rationem essendi per se, & non in alio supposito, tum quia natura non habet indifferentiam ad varia supposita specie distincta, sed adstricta est de se ad suppositum proprium; indifferentia vero illius quantum ad individuationem tollitur per unionem ad hoc potius suppositum individuum humanum, v. g. si fuerit natura humana quam ad aliud: ergo suppositum non determinat naturam ut habeat rationem essendi per se, & non in alio supposito. Tum etiam quia incommunicabilitas naturae alteri ut supposito, non potest esse terminus ad quem determinat suppositum naturam, quia incommunicabilitas sicut & impenetrabilitas sunt conceptus negatiui, ortum habentes ex conceptibus positivis suppositi creati, & quantitatis, unde sicut quantitas non est modus quia illam consequatur impenetrabilitas, ita nec suppositum creatum, quia illud consequatur incommunicabilitas naturae alteri ut supposito: ergo.

Secundo sic probatur, ut ait P. Hurtadus argumento quidem non evidente, sed magnam facienti fidem; nam Verbum divinum non potest supplere effectum modi, tum quia sicut forma substantialis, licet sit substantia, quia in conceptu formae includit imperfectionem, non potest suppleri à Verbo; ita suppositum modale, licet habeat rationem communem suppositi, quia tamen habet communem imperfectionem modi non videtur posse suppleri.

Video responderi posse non posse à nobis dijudicari quanta convenientia requiratur, ut possit supplex formalis effectus; nam etiam suppositum creatum, licet sit res, habet tamen communem imperfectionem complementi.

Sed maior, cum proportionem ita comparantur Verbum, & suppositum creatum, ut utrumque sit terminus non modalis, sed realis, & utrumque